Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift



41

Post hec matheus sequitur & dicit Cum autem introisset capharnaum
accessit ad illum centurio rogans eum & dicens. Domine puer meus
iacet paralytice in domo & male torquetur & cetera usque ad eum
locum ubi ait & sanatus est puer ex illa hora. Hoc de puero centu
rionis etiam lucas commemorat. non sic iste propsilii mundatum
quem ille postea recordatus commemorauit. si propinquum illum pluriorum ser
monis. quod ita conuenit. Cum autem implesset omnia uerba
sua in aures plebis. intrauit capharnaum. Centurionis autem
cuiusdam seruus male habens erat moriturus. qui erat pretiosus.
& cetera usque meum locum. quo sanatus est. Hic intelligendum est
cum implesset quidem omnia uerba sua. in aures plebis. intrasse
xpm capharnaum. hoc est quia nam ante quam hec uerba terminasset
intrauit. Si non est expressum propter quantum temporis interuallum
cum istos sermones terminasset. intrauit capharnaum. Ipso
quippe interuallo lepsius ille mundatus est. quem loco suo matheus
interponit iste autem postea recordatur. Iam quoque uideamus utrum
sibi de hoc seruo centurionis matheus lucasque consentiant.
Matheus enim dicit. Accessit ad eum centurio rogans eum &
dicens. Puer meus iacet paralytice in domo. Cui uidetur repug
nare quod ait lucas. Et cum audisset de ihu misit ad eum
seniores iudeorum. rogans eum ut ueniret & saluaret filium eius.
Illi cum uenissent ad ihm. rogant eum sollicite dicentes.
ei. quia dignus est ut hoc illi prestes. diligit enim gentem nram.
& synagogam ipse edificauit nobis. Ihc autem ibat cum illis.
Et cum iam non longe esset a domo. misit ad eum centurio
amicos dicens. Domine noli uexari. non enim dignus sum
ut sub tectum meum intres. propter quod & me ipsum non sum
dignus arbitratus ut uenirem ad te. sed dic uerbo & sanabitur
puer meus. Si enim hoc ita gestum est. quomodo erit uerum quod